

cæ vigésimæ quartæ post Pentecosten.

DOMINICA XXIV.

& última post Pentecosten.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apóstoli ad Colossenses.

Col.
i. b

FRatres, Non cessamus pro vobis orantes, & postulantes ut impleamini agnitione voluntatis Dei in omni sapientia & intellectu spiritali: ut ambulatis dignè Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes & crescentes in scientia Dei: in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis ejus, in omni patientia & longanimitate cum gaudio: gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sancto-

rum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ; in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum.

DOMINICA III.

Quæ superfuit post Epiphaniam, ponenda secundum superiorem Rubricam. Epist. Fratres, Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, ut in Dominica iii. post Epiphaniam, pag. 21.

DOMINICA IV.

Quæ superfuit post Epiphaniam. Epist. Fratres, Nèmini quidquam debeatis, ut in Dominica iv. post Epiphan. pag. 21.

DOMINICA V.

Quæ superfuit post Epiphaniam. Epist. Fratres,

In-

Induite vos, sicut electi Dei, ut in Dominica v. post Epiphan. pag. 22.

DOMINICA XXVIII.

Et última post Pentecosten. Epist. quæ superius posita est in ordine xxiv. pag. 162.



X 2

PRO-